



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales

In Qvibus Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

Clavdivs Aqvaviva, Societatis Iesv Praepositvs Generalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

Domino Sacramenta: ad tres Ecclesiasticas censuras, & alias pœnas, quibus delicta puniuntur, & ad remissiones siue condonationes peccatorum, quas Indulgentias vocamus: demum ad ea, quæ de statu hominum, & de bonorum ac malorum finibus disputantur.

Ceterùm tanquam prima totius operis elementa septem primis libris ea tracto, quæ in Prima Secunda S. Thomas recto ordine disputauit: nimirum de Actionibus humanis: de honestate & turpitudine humanarum actionum: de Affectibus, quibus ad bonum, aut malum sæpius incitatur: de Habitibus, qui assidua exercitatione comparantur in nobis: de virtutibus vniuersim, quæ nos ad bonum impellunt: de peccatis itidem generatim, quibus leges & iura perfringimus: de Legibus humanis, de Diuina in super & naturali lege, de quinque Ecclesiæ mandatis, quibus omnibus tanquam regulis actiones hominum diriguntur: in sex alijs Primæ partis libris, de ijs dissero, quæ ad Fidem, Spem, Charitatem, religionemque pertinent, de iureiurando itidem, de voto, & de ijs, quæ ad Monachorum, Religiosorumque omnium statum spectant: & ita Primæ parti finem impono.

CLAVDIVS AQUAVIVA, SOCIETATIS IESV PRÆPOSITVS GENERALIS.

Cum tomum hunc primum institutionum Moralium, à P. Ioanne Azorio nostræ Societatis Theologo compositum, quatuor eiusdem Societatis Theologi; quibus id commisimus, recognouerint, ac in lucem edi posse probauerint; facultatem concessimus, vt typis mandetur, si ita Reuerendissimo D. Vicegerenti, & Reuerendis. Patri Magistro Sacri Palatij placuerit. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus, Romæ viii. Septembris 1600.

Claudius Aquaviva Soc. IESV Præpositus Generalis.

Imprimatur si videbitur R. P. Magistro Sacri Palatij.

B. Gypsius Prouicesgerens.

Imprimatur.

Fr. Angelus Baronius Venetus, Magister, & Reuerendis. P. M. Sacri Palatij Socius Ord. Præd.